

docet. Mirantur, quo evasura sint marchionis consilia; tabellarii fori imperialis hunc nuper Constantię proscritione publicarunt; miror, in imperii urbibus num idem fiat. Hispani si accesserint ad illius copias, quę viri est crudelitas, magnam viduertatem dabit.

Die Tochter und Thomas grüßen. Ich weiß nicht, ob ich den Tod des sehr alt gewordenen Erhard Blaurer und seiner vor ihm gestorbenen Gattin schon berichtet habe, ebenso den des Nikolaus Gall von Hochstraß (Hofstrassensis)<sup>1)</sup>.

Campidoni V. Ianuarii MDLIII.

VII, 287.

#### 1894. Heinrich Bullinger an Ambrosius Blaurer.

Zürich 1554 Januar 9.

[Verlobung Marias v. England mit Philipp. Beabsichtigte Wiederaufnahme des Konzils und sonstige Pläne des Kaisers. Bullingers Schwager. Orig. lat.]

In Deinem Brief ist nichts, was eine Antwort fordert. Die Nachrichten wechseln.

Pro certo asserunt artibus Cæsaris effectum, ut Philippo desponsa sit Maria atque ita tota Anglia redacta in potestatem Hispanorum. Si verum hoc est, non puto sine deo hæc fieri; oportet enim horribiliter puniri per gentem truculentam et intollerabilem, qui tanta pertinacia et Christum abnegarunt et repulerunt. . . Aiunt quidam consilia captari a Cæsareanis et papisticis mutua de continuando et redintegrando concilio Tridentino et ideo cum Gallo de pace concilianda tractari in hunc maxime finem, ut consentiat in concilium. Ubi enim conclusum fuerit unanimi monarcharum consensu, repetetur a Germania et Helvetia subscriptio, aut bellum et proscriptio intendetur; ita vero mutuis armis confici posse creditur. Hæc est ars illius beluæ. Excisis autem aut sub iugum missis Germanis et Helvetiis nullo negotio se Galliis potiturum sperat Plus Oultre. Hæc fortasse abscondita sunt ab oculis Galli, et supplicium de illo et nobis sumi debet. Laß uns beten und auf Buße dringen.

Tiguri 9. Ianuarii 1554.

Gedenke meines Schwagers (affinis mei, Adlischwyler).

VII, 288.

#### 1895. Simon Sulzer an Ambrosius Blaurer.

Basel 1554 Januar 12.<sup>2)</sup>

[Über die Sache der geschiedenen Magdalena. Nachrichten über die Verhältnisse in Bayern, Norddeutschland, England und über den Kaiser. Das Befinden des Lycosthenes. Besorgnis wegen der Genfer. Orig. lat.]

<sup>1)</sup> Nik. von Gall von Konstanz, Besitzer des Schlosses Hochstraß bei Tägerweilen, Kt. Thurgau, 1554 (?) gestorben, s. Kindler v. Kn. I, S. 420.

<sup>2)</sup> Am gleichen Tag erhalten.

In der Sache unsrer Magdalena kann ich nichts ausrichten, so lange jener den Sprößling nicht anerkennt. Nötigenfalls ist der junge Mann rechtlich zur Pflicht anzuhalten. Sollte er fliehen, so kann man sich an die Verwandten wenden. Noch reicht das Erbe für die Kosten des Kindbetts und der Ernährung (nutricatio). Ich schrieb heute darüber an Konrad Schreck und fügte Deinen Brief bei.

Nova ex Palatinatu hæc habeo: episcopos Baviarę præsidēs apud suum principem id agere omni conatu<sup>1)</sup>, ut contra verę religionis professionem inflammetur et inquisitionem, quam vocant Hispanicam, ditioni suę inferat, resistere vero dehortatibus seriis illustrissimum principem Ottonem H(einricum) ac hactenus quidem in ventum abiisse ea consilia; sed tantum tamen proficere autoritate, ut, si non penitus extinguere lucem evangelii possint, tamen cursum eius impendio remorentur. Sed franget eos quoque et confundet excelsa manus domini. . .

Brunsvicensis cuncta, quę a devicto marchione occupat, cæde incendioque vastat nec sexus nec ætatis habita ratione atque eousque progreditur licentię, ut ne ipsis quidem suis confœderatis episcopis parcat, quorum nidos insedit non sine negocio eiiciendus. Feruntur tamen esse velut in procinctu, qui longius progredientem audaciam reprimant, ut sit inmitis in seditione, sicut de Hierosolymis Iosephus scribit, seditio. Io(annes) Frid(ericus), illustrissimus Saxonię dux, domi est et recte valet, nisi quod mirum in modum dicitur crassescere constantique fama fertur Brunsvicensem multa milia aureorum ei imperasse, quę et exolverit, quo ditionem suam a vastatione, quam minabatur horribilem, redimeret.

Ex Anglia accipio primum die 13<sup>a</sup> Decembris proditores regni pronunciatos esse Ioannam<sup>2)</sup> eam, quę principio a fato regis regina declarata fuit, filium ducis Nortumbrię<sup>3)</sup> et ducis Suffolcię<sup>4)</sup> fratres atque archiepiscopum Cantu(a)riensem<sup>5)</sup>, virum pietate et virtutibus præstantissimum; verum num supplicio affecti sint, non constat, et nimirum expediret ipsis statim sublato e medio esse quam diutina morte torqueri. Hæc Vindonensis<sup>6)</sup> sunt studia, cui facultas occasioque obtigit, qua, quod diu voluit, malus esse possit cum Cinna, quod Cicero notavit, hoc est, ut insitam crudelitatem immanissimam vindictęque cupiditatem possit explorare tanto miserior, quanto hac in parte liberior. Regina ipsa nupsisse im-

<sup>1)</sup> Vgl. zum Folgenden Riezler, Gesch. Baierns IV, S. 494 ff. bes. 502.

<sup>2)</sup> Johanna Gray.

<sup>3)</sup> Guilford Dudley, mit Johanna Gray vermählt, s. Brosch, a. a. O. IV, S. 412.

<sup>4)</sup> Henry Gray, Vater von Johanna Gray.

<sup>5)</sup> Thomas Cranmer, Bischof von Canterbury.

<sup>6)</sup> Steph. Gardiner, Bischof von Winchester.

234

Matthias Schenck an Thomas Blaurer.

peratoris filio pro certo scribitur eaque id conditione, ne ultra 50 Hispanos in regno foveat Anglico, deinde ut penes parlamentum consueta regni gubernacula permaneant, tum et rex, si in Anglia degat, ei, si velit, interesse queat, postremo ut Inferior Germania, quam hæreditariam vocant, regno Anglico addicatur, si a morte patris Caroli ipse quoque filius ante reginam decedat, sive post se heredem relinquat sive non relinquat ex utroque natum. Atque hoc nomine animos resumere imperator dicitur propter auctam potentiam, tum quod Galli res in Corsica minus prospere denuo procedant et proximis diebus 20 navium classis fere tota fuerit vi tempestatis absorpta, tum quod nuper inventa insula accesserit auri argentique ditissima. Quibus factum sit, ut nuper pontificis legatum de pace acturum et in id conditiones præscriptas adferentem simpliciter reiecerit, ut nihil supersit nisi certa immaniaque bella.

Lycosthenes adhuc lecto affixus decumbit et præclare tamen sibi convaluisse videtur, quod quomodocunque balbutiendo animi sensum possit exprimere et levi motu latus agitare. . .

Basil(eæ) 1554. die 12. Ianuarii.

De Genevensibus non sum quietus adhuc, quia obscurius scribit<sup>1)</sup> et de causa disciplinæ<sup>2)</sup>, cuius progressum cognoscere cupiebam, ne γὰρ quidem.

VII, 290.

#### 1896. Matthias Schenck an Thomas Blaurer.

Augsburg 1554 Januar 27.<sup>3)</sup>

[Beteuerung seiner Freundschaft. Seine Stellung in Augsburg, kirchl. Verhältnisse. Schärtlin. Ein kommender Fürstentag. Grüße, auch von Sixt Birck. Orig. lat.]

Immer mehr erkenne ich, wie wahr Isokrates sagt: τοὺς σπουδαίους τοὺς εὐπτῶν φίλους ἀγαπᾶν καὶ μακρὰν ἀπόστασιν<sup>4)</sup>. Obschon im Juli mit Frau und Kindern hierher übersiedelt, sowohl des Vorteils wegen als auch, weil ich manches in der Heimat nicht mehr mit ansehen konnte, muß ich doch stets der dortigen lieben Freunde, worunter Deiner, gedenken. Ich bin samt Frau und den acht Kindern wohl, habe auch sonst bisher den Wechsel nicht bereut. Ich habe nur drei Schüler im Hause (denn die Bürger schicken sie bei ihrem Reichtum meist nach Italien oder Frankreich), sonst aber eine recht besuchte Schule und leiste allen Genüge, außer daß ich mich noch nicht recht an die

<sup>1)</sup> Als Subjekt ist mit der Simmlersammlung Farel zu ergänzen, vgl. Corp. Ref. XLII, Nr. 1896.

<sup>2)</sup> Es bestand ein Zwist zwischen dem Konsistorium und dem Rat über die oberste Entscheidung in Sachen der kirchl. Disziplin, bes. über Fälle der Exkommunikation, s. Corp. Ref. XLII, Nr. 1857, N. 1 und oben Nr. 1883, unten Nr. 1902.

<sup>3)</sup> Am 23. Febr. in Kreuzlingen „per P(etrum) K(untzerum)“ erh.

<sup>4)</sup> Isokrates, Πρὸς Δημόνικον 1, 1.

Joh. Pistorius an A. Blaurer. A. Blaurer an H. Bullinger.

235

Augsburger Art, das hochfahrende, prahlerische Wesen, gewöhnen kann und deshalb wenig und ungern ausgehe.

Venio . . . ad publica ac primum quidem ad ecclesię statum, qui eiusmodi sane est, ut me beatum iudicem, cui sit datum eo loco agere, ubi tam bona fide evangelii doctrina traditur. Docetur enim in templis sex; magnus est hominum ad eos concursus, papistarum pro ea hominum frequentia, quantam hic esse scis, magna paucitas, nec illi impedire verbi cursum hodie apud nos tantopere creduntur quam Schwenckfeldius, quem audio molestissimum ecclesię nostrę esse nec nullos hic habere sectatores<sup>1)</sup>. Sebastianus Schertlin, ut prophana sacris subiungam, ante mensem et eo amplius huc venit stipendiis regis Ferdinandi, si res requirat, deinceps militaturus. Conventus principum futurus hic esse ad pascha dicitur, et alia multa huc quotidie feruntur, quę, quia sine auctore, perscribenda ad te non videntur.

Grüße Deine Gattin und Deine Söhne, meine Schüler, auch Deinen Bruder und Zwick, falls Du sie einmal siehst, und antworte mir. Sixt Birck läßt Dich grüßen; er ist schon lange so schwer gelähmt, daß er nur mit äußerster Mühe sprechen kann.

Augustæ 6. calendas Februarii anno liiij.

#### 1897. Johannes Pistorius<sup>2)</sup> an Ambrosius Blaurer.

VII, 293.

Nidda 1554 Februar 1.

[Schmerz über den Fall von Konstanz, aus dem erfreulicherweise gleich den drei Männern im Ofen zu Babylon die beiden Blaurer und Zwick (Zwickii) gerettet worden seien, wie Gott auch die Kirche in Nidda geschützt habe. Beteuerung seiner Ergebenheit und Liebe, Aufforderung, zusammenzuwirken zum Heil der Kirche. Gruß an Ratsherr Zwick. Der Brief soll Bl. zeigen, daß Pistorius ihn nicht vergessen hat. Orig. lat.]

Raptim ex Nidda prima Februarii anno domini 1554.

#### 1898. Ambrosius Blaurer an Heinrich Bullinger.

(Biel) 1554 Februar 2.

[Dank für einen am 15. Januar erhaltenen Brief. Die Wirren in Deutschland und das stets sich erneuernde Übel deuten auf völlige Vernichtung durch Gottes Zorn. Nicht das Konzil fürchtet er; ein anderes Schwert wird die undankbaren Deutschen vernichten. Mahnung, Gottes Schutz anzuflehen und auf Buße zu dringen bei den sogenannten Evangelischen. Orig. lat.]

Datę 2. Februarii 1554.

<sup>1)</sup> Vgl. dazu Roth, a. a. O. III, S. 245 f.

<sup>2)</sup> Vgl. über ihn Bd. II, S. 136, Anm. 2.